

quae statua quod ego sciam hodie non extat, sunt nec por-
 phyreus tumulus qui Theodosij minoris sepebatur sedis
 ut a Gabriele Florentio viro consularis dignitatis, omnisq;
 historiae scientissimo accepti patrum nostrorum memoria
 Pandulpho malatesta principum roror beneficiis donatus
 Arimmi etiamvis visitur. Ego certe pro verissimo affirmare
 possim in ea quam nuper descripsi historia plurimum me
 harum inscriptionum ope subleuatum cum plerisque alijs in
 rebus, tum quod inde totius administratae reipub. rationem
 deprehendi, ut diuini, ut Augustales ius reddebat, ut
 IIII viri appellationum de ea re iterum cognoscebant ut alia
 pleraq; munera eo tempore gerebant. quae a me locis suis
 annotata, observataq; sunt. Fuerit et id opus hisce non
 ingratum, qui familiarum suarum originem a Romanis
 repetere noluerint, quamuis non sime multa sint hodie
 nomina, quae uideri probabiliter ab illis deducta possint,
 extinctae enim tot bellicis calamitatibus fuerunt veteres
 familiae, et eo praesertim tempore quo ab Ostrogothis mediolanu
 abductis ciuibus, nisi qui ad Alpes Lariun, verbanunq;
 uersus confugerunt, solo aequatum fuit, quo fit ut in eis
 cellibus adhuc adsint nomina, quae credi possint Romanis
 quoq; temporibus floruisse, qualia sunt Cottar, Albucior,
 Origomiorum, Cluniorum, Martinianum, Marcellianorum
 Manduillorum, et si qua similia, fuerunt enim iuga illa
 ceu latebrae quaedam, quibus ab imminentibus Barbaris
 se tutarentur, quod et Langobardorum deinde temporib.
 contigit, quorum gladius Rom. sanguinis pauci euasere
 nec uero curiose ego contenderim, utrum praestet a Romanis
 an a Langobardis originem duxisse, cum enim uideam
 in illo Rom. imperij occasu omnes provincias Barbaris
 patuisse, et ab arctoo coelo omnes fere inundatas, ut ita
 loquar, terras, quid honorificentius nobis esse pot. q; a
 Langobardis esse progemitos, quos Corn. Tacitus totius
 Germaniae nobilitatis nomine praecipuos attestatur,
 quosq; orthodoxos, et Christianos etiam priusq; in Italiam